Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



6

et exaudit flammam ignis de fornace. et fecit medium fornacis qui venti roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem et incendit quos reperit iuxta fornacem. Caldeis ministros regis qui eam incendebant. Illos autem non tetigit omnino ignis neque contristauit. nec quicquam molestie intulit. Tunc hii tres qui erant ore laudabant et glificabant. et benedicebant deo in fornace di

Benedicite omnia opera domini. cantes Benedicite de deo primo. Et laudabilis et gloriosus in secula. Et budan nomen gloriae qd est sceth. Laudabile et gloriosum in secula. Benedicite de in templo sancto gloriae tue. Et laudabilis. Benedicite de super thronum sancti regni tui. Et laudabilis. Benedicite de super sapientiam diuinitatis tue. Et l. Benedicite de qui ambulas super pennas ventorum. Et laudabilis et Benedicant te omnes angeli et sancti tui. Laudabilem et gloriosum in secula. Benedicant te celi et mare et omnia q in eis sunt. Laudabilem et gloriosum in secula. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Laudabili et glorioso in secula. Amen. Et ipsi quo

et nunc et semper et in secula seculorum amen. Laudabili et glorioso in secula. Deo

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium. concede propitius. ut nos famulos tuos non exurant flamma vitiorum.

Fratres: Ro ad thessalonicenses

Gratias agimus deo. pro omnibus vobis. memoriam facientes in orationibus nostris sine intermissione. memores operis fidei vestri. et laboris charitatis. et sustinentie spei domini nostri ihu xpi. et nunc in conspectu dei patris nostri. scientes fratres dilecti a deo electionem vestram. quia euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum sed et in virtute. et in spiritu sancto. et in plenitudine multa. sicut scitis quales fuimus in vobis propter vos. Et imitatores nostri facti estis et domini. cum receptis verbum in tribulatione multa cum gaudio spiritus sancti. ita ut fuistis forma omnibus credentibus in macedonia et in achaia. a vobis enim diffamatus est sermo domini non solum in macedonia et achaia sed et in omni loco fides vestra quae est ad deum exiit. ita ut non habeamus necesse aliquid loqui. ipsi enim de nobis narrant qualem introitum habuerimus ad vos. et quomodo conuersi estis ad deum a idolis. ut seruiatis deo viuo et uero. et filium eius de celis. quem suscitauit de mortuis. ihu xpm. qui eripuit nos a ira ventura. Et ipse dominus pacis det uobis pacem semper in omni loco. dominus sit cum omnibus uobis. Et cum spiritu tuo. Et illuminacione adiuetos sint.